quaram sese extendentiae cuiusque Inscriptionis contentis, et quibusvis Ligamentis, acceptata ab eodem Gnroso Alexandro Turzanski suo in interesse plenaria et sufficienti Satisfactione, Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat. Inscriptionem eandemque Debitoream cassat, mortificat et annihilat. Salva sibi et suis Successoribus alterius nedatatis Summae Ducentorum Quinquaginta florenorum polonorum apud Successores olim Nobilis Catherinae Pohoreczka, Nobilis olim Constantini Chlopecki Contis facultate Repetitionis reservata et excusata.

Zerniecki Wysoczanskiego et alios Quietat. 101131

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Nobilis Michael Zerniecki Andrzeiowicz, Sanus mente et corpore existens, a Terrestribus, Dominibus, Iuribus, Iurisdictionibus que suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensibus Capitaneatus Premysliensis Iuridici, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilem Eliam Wysoczanski, tum Subditos eius, Labosos Paulum Petryszyn, Lawka Michowicz, Wasyl Seleszkanie, Fedo Petryszyn, Jarema Huszczakowicz, Iwan Paczynicz, Iwan Plebanicz, Iwan Misinicz, Michalko Mislinicz, Iwan Rusin de Wyszne Wysocko tantum, eorumque Successores, de Causa et Actione per se Reguirendo ipsis ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense et quidem supradicto Nobili Eliae Wysoczanski ratione supradictorum Subditorum, tum stationum in processu Causae specificatorum furti et praedae Inculpatorum non Statuitionis, supradictis vero Subditis ratione cuiusque furti et praedae commissae instituta, et intentata, tum de poenis, et quidem supradicto Nobili Eliae Wysoczanski Bannitionis perpetuae, supradictis vero eiusdem Subditis Infamiae et Furcae

in Terminis Querellarum Castren. Premysliensis obtentis et publicatis, toto deniq. et integro processu eius in Causa subsequuto, Cui acceptaab ipsis praemissis sufficienti et plenaria satisfactione; Quietat, emittit, dimittit, liberosq. et absolutos perpetuo pronuntiat. Causam eandem, tum poenas tam Bannitionis perpetuae, quam super Statuendis in Infamia et fureia, earumq. publicationes, quoad interesse eorum tantum; Cassat, mortificat et annihilat. Agnoscit sibi Recognti nihil amplius restare, sibiq. Recognti et suis posteris unde praemissorum perpetuum imponendo Silentium. Salva poena Bannitionis perpetuae et Infamiae ac fureiae super alijs Inculpatis in processu Causae specificatis pleno in robore reservata.

Vigore Laudi 8. Feria Quarta in Crastino Festi Transfigurationis Christi Domini Anno Eiusdem Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. 7/VIII 1669

Kruszelnicki alteri Obligat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premysliensis Nobilis Iacobus Kruszelnicki Gotadanowicz, Sang mente et corpore existens, à Terris, Detibusq. Iuribusq. Iudicijs bus suis quibusvis, processibusq. et compensens recedens, praesenti verò Castrensis Capitaneatus Premysliensis Iudicij, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribusq. ac bonis suis generalibus, totaliter et plenarie incorporans atq. subijciens, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria echa[illegible] infrascripta, nempe na Dąbrowie Niwę iedną. Item na gorze drugą Niwę w Osiadłosci, in bonis Villa Kruszelnica Terra et Dictu praesentis Premysliensis iacentis et consistentis. Summarum praemissorum Iure, dominio, praenarrare tituloq. obligationis summaq. omnibusq. et singulis bonorum eorundem attinentibusq. fructibus,